



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 52. Totum Neopolis Regnum a Consalvo subactum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Secul. XVI. A.C. 1504. mortis invidia sublatis sunt, verbo, quotquot in hoc bello dimicabant, adeo debilis, imo penitus corruptæ valetudinis erant, ut ferme omnes anno necdum evoluto misere extincti fuerint. Gallorum ex Italia ejectorum ignominia, eorumque miseranda morte Ludovicus XII. tantopere affligebatur, ut plures dies sine ullius hominis alloquio transigeret: post hæc vero nonnulli primæ nobilitatis Ministri amissa Regis gratia aula exulare jussi sunt; Heruetius quoque Regii exercitus Questor, quod Rex in eum totam infelicitatis suæ culpam coniecisset, capitali supplicio mulctatur, ac Ludovici jussu edictum promulgatur, quo se deinceps nullius Locum-Tenentis opera usurum, sed semetipsum copiis suis imperaturum, declarabat.

§. LII.

Totum Neapolis Regnum a Consalvo subactum.

Marian. ib. num. 38.

Consalvus expugnatae Cajetæ gloria illustris, urbis Imperium Ludovico de Herrera detulit, totusque in eo fuit, ut continuato victoriarum cursu universum Neapolis Regnum armis suis subiceret. Jam Bituntini Marchionis arces, urbesque, necnon Ludovici Arfii, & Capachoni Comitum, qui Laurini sese include-

cluserat, oppida Victoris arbitrio cede-
 bant: Ravereus quoque summi Pontifi-
 cis Nepos, qui nonnullas expugnaverat
 civitates, in omnibus suo imperio sub-
 ditis urbibus Hispanorum vexilla festive
 erigi jussit. Demum Consalvus Hispani
 exercitus Dux hisce victoriis necdum sa-
 tur, Neapolin contendit, urbemque Vi-
 ctor ingreditur, ac in fortitudinis, atque
 obsequii præmium Alviano ex Bisignani
 Principatus redditibus annuam octo mil-
 lium Ducatorum pensionem constituit:
 hac tamen liberalitate Columnensium in-
 vidiam in se provocabat, qui nil intentatum
 relinquebant, ut inclyti hujus Ducis
 honorem, ac gratiam apud Hispaniæ
 Regem diminuerent, valuitque succes-
 sus; quamvis enim Consalvus ex Italia
 excedere jussus non fuisset, ejus tamen
 auctoritas arctissimis limitibus constrin-
 gebatur.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1504

§. LIII.

*Romandiolæ urbes a Valentini Duce
 summo Pontifici traditæ.*

Desperatas Gallorum res in Italia Va-
 lentini Ducis exitum continenti ruina^{n. 47.}
 sequebatur, nam hic summo Pontifici ser-
 vare cogebatur pollicitationem, qua Ce-
 senæ Gubernator spondit, quod ad il-
 lius nutum urbem Alexandro quantocius
 Hist. Eccles. Tom. XXXI. L1 red-

Marian. ib.